



PRÆFATIO.

HOec quoque Opusculum , perinde ac priora duo , non nisi orthodoxæ Juventutis , quam in Gymnasiis nostris instituendam suscepimus , commodo atque utilitati dicatum est , quo Romanorum Imperatores Christianos summatim percensemus quosdam etiam , idoneorum Scriptorum exemplo omnino prætermittimus. Quæ verò Historici , à Fide , ac veritate Catholica alieni adversùs Christi Ecclesiam , Romanosque Pontifices suis passim narrationibus falsò & contumeliosè solent inspergere , vel consultò dissimulavimus , vel strictim duntaxat attigimus , pleniore rerum hujusmodi controversarum pertractatione ac refutatione Academiis relicta. Addita insuper est ad calcem Opusculi Tabula Chronologica , ut inde Juventus totum Monarchiæ Romanæ ordinem , serièmque uno quodammodo obtutu possit perspicere.

Par-